Guillelmus Petri de Godino

# Thomasina

## Liber III et IV



w drodze

GUILLELMUS PETRI DE GODINO

# THOMASINA

LIBER III ET IV

EDIDERUNT MIKOŁAJ OLSZEWSKI

ET MIROSŁAW SOCAŁA

WYDAWNICTWO W DRODZE – INSTYTUT TOMISTYCZNY

POZNAŃ – WARSZAWA

2024

Scientific editing: Anna Ledzińska

This publication is the result of research financed
by the National Science Center (Poland) within the project:
*Narodziny tomizmu. Edycja i studium* Lectura Thomasina
*Wilhelma z Godino* (no. 2015/19/B/HS1/03298)

Cover: DIDEA – Aleksandra i Marcin Gonciarz
Image on the cover: Tommaso da Modena, *William of Godin*
(fresco from the convent of St. Nicholas in Treviso)

© Copyright for this edition by Wydawnictwo W drodze, 2024

ISBN 978-83-7906-780-0 (set)
978-83-7906-779-4 (vol. 2)

Wydawnictwo W drodze
ul. Kościuszki 99, 61-719 Poznań
www.wdrodze.pl, sprzedaz@wdrodze.pl

Instytut Tomistyczny
ul. Dominikańska 2, 02-738 Warszawa
www.it.dominikanie.pl, it@dominikanie.pl

# CONTENTS

## LIBER III

Distinctio 1
Quaestio 1: Utrum congruum fuerit filium Dei incarnari .... 3
Quaestio 2: Utrum Pater potuerit incarnari .......................... 7
Quaestio 3: Utrum plures personae possint assumere unam naturam et econverso utrum una persona possit assumere plures .................. 9

Distinctio 2
Quaestio 1: Utrum humana natura sit magis assumptibilis quam alia .................................................................. 12
Quaestio 2: Utrum Christus debuerit assumere naturam humanam de stirpe Adam ............................................. 17
Quaestio 3: Utrum Christus assumpserit carnem mediante anima ............................................................ 17
Quaestio 4: Utrum omnes partes humanae naturae fuerint simul a Verbo assumptae .................................. 20

Distinctio 3
Quaestio 1: Utrum beata Virgo sit aliquid operata active ad conceptionem corporis Christi ....................... 21
Quaestio 2: Utrum beata Virgo fuerit sanctificata in instanti suae conceptionis ........................................ 25
Quaestio 3: Utrum per sanctificationem in utero sit consecuta immunitatem ab omni peccato originali et actuali et confirmationem in bono istorum ............... 29

Distinctio 4
Quaestio 1: Utrum efficientia conceptionis alicui personae debeat appropriari ...................................................... 33
Quaestio 2: Utrum antiqui patres meruerint illam incarnationem ...................................................... 36
Quaestio 3: Utrum gratia sit illi homini naturalis .............. 36

Distinctio 5
Quaestio 1: Utrum unio ista facta sit in natura .................. 38

Quaestio 2: Utrum naturae divinae conveniat assumere naturam humanam ........ 41
Quaestio 3: De differentia unionis et assumptionis ........ 43

Distinctio 6
Quaestio 1: Quomodo conveniant unio et assumptio ........ 45
Quaestio 2: Utrum in Christo sit unum esse ........ 48
Quaestio 3: Utrum Christus sit plura simpliciter vel duo neutraliter, quod idem est ........ 53
Quaestio 4: Utrum in Christo fuerit compositio animae et corporis ........ 55

Distinctio 7
Quaestio 1: Utrum illa sit vera: 'Deus factus est homo' ........ 58
Quaestio 2: Utrum homo Christus sit praedestinatus Filius Dei ........ 62

Distinctio 8
Quaestio 1: Utrum in Christo sint duae filiationes ........ 63
Quaestio 2: Utrum Christus possit dici bis natus ........ 66

Distinctio 9
Quaestio 1: Utrum latria sit virtus specialis ........ 68
Quaestio 2: Quibus sit latria exhibenda: utrum scilicet humanitati Christi vel cruci vel imagini ........ 71
Quaestio 3: Utrum dulia differat a latria ........ 73

Distinctio 10
Quaestio 1: Utrum Christus secundum quod homo sit suppositum ........ 75
Quaestio 2: Utrum adoptare conveniat Patri per Filium ........ 77

Distinctio 11
Quaestio 1: Utrum Christus sit creatura ........ 80
Quaestio 2: Utrum ea, quae sunt humanae naturae, possint dici de Filio Dei ........ 82

Distinctio 12
Quaestio 1: Utrum haec sit vera: 'Iste homo incepit esse' ... 83
Quaestio 2: Utrum debuit assumere sexum aliquem et quem ........ 85

Distinctio 13
Quaestio 1: Utrum gratia Christi potuerit augeri ........ 87

Quaestio 2: Utrum Christus secundum quod homo sit caput Ecclesiae ........ 93
Quaestio 3: Utrum gratia unionis sit aliqua gratia creata ... 95
Quaestio 4: Utrum gratia unionis et gratia capitis et singularis hominis sit eadem gratia ........ 97

Distinctio 14
Quaestio 1: Utrum Christus praeter illam scientiam, qua cognoscit res in Verbo, habeat aliquam scientiam de rebus ........ 98
Quaestio 2: Utrum anima Christi cognoscat omnia in Verbo, quae cognoscit Verbum ........ 106
Quaestio 3: Utrum Christus secundum illam scientiam, qua cognoscit res in proprio genere, cognoscat omnia ... ........ 108
Quaestio 4: Utrum Christo communicata fuerit omnipotentia sicut omnium scientia ........ 109

Distinctio 15
Quaestio 1: Utrum Christus contraxerit defectus, quos in natura humana assumpsit ........ 110
Quaestio 2: Utrum dolor passionis Christi pervenerit ad superiorem partem rationis ........ 113
Quaestio 3: Utrum in Christo fuerit tristitia, ira et timor ........ 116

Distinctio 16
Quaestio 1: Utrum Christus habuerit necessitatem moriendi ........ 118
Quaestio 2: Utrum claritas Christi, quae apparuit in transfiguratione, fuerit claritas gloriosa ........ 120

Distinctio 17
Quaestio 1: Utrum in Christo sit tantum una voluntas, scilicet divina ........ 122
Quaestio 2: Utrum voluntas rationis in Christo semper conformabatur voluntati divinae ........ 125
Quaestio 3: Utrum oratio Christi semper fuerit in omnibus exaudita ........ 126

Distinctio 18
Quaestio 1: Utrum Christus ab instanti suae conceptionis potuerit mereri secundum actionem humanam ........ 129

Quaestio 2: Utrum Christus per passionem suam nobis meruit ianuae aperitionem ..... 132

Distinctio 19

Quaestio 1: Utrum per passionem Christi simus liberati a diabolo ..... 135

Quaestio 2: Utrum Christus secundum unam naturam sit mediator ..... 138

Distinctio 20

Quaestio 1: Utrum aliqua creatura potuerit satisfacere pro natura humana ..... 140

Quaestio 2: Utrum alius modus satisfaciendi pro natura humana fuit convenientior quam per passionem ..... 142

Distinctio 21

Quaestio 1: Utrum corpus Christi post mortem debuit incinerari ..... 146

Quaestio 2: Utrum Christus resurrectionem suam debuit discipulis suis manifestare per aliqua argumenta ..... 151

Quaestio 3: Utrum Christus descendens ad infernum damnatos liberavit ..... 154

Quaestio 4: Utrum motus ascensionis Christi fuerit naturalis et utrum fuerit subitus vel successivus ..... 157

Distinctio 22

Quaestio 1: Utrum indigeamus habitibus in operationibus humanis ..... 159

Quaestio 2: Utrum virtutes intellectuales possint esse sine moralibus ..... 162

Quaestio 3: Utrum virtutes theologicae distinguantur a moralibus et intellectualibus ..... 168

Quaestio 4: De sufficientia virtutum theologicarum ..... 169

Distinctio 23

Quaestio 1: Utrum virtus fidei sit in voluntate ut in subiecto ..... 170

Quaestio 2: Utrum fides formata et informis differant specie ..... 176

Quaestio 3: Utrum actus fidei sit certior quam actus scientiae acquisitae ..... 179

Distinctio 24 et 25

Quaestio 1: Utrum idem possit esse scitum et creditum ..... 180

Quaestio 2: Utrum ratio humana adducta ad ea, quae sunt fidei, diminuat meritum fidei ........................ 183
Quaestio 3: Utrum distinguantur convenienter articuli in *Symbolo* .................................................. 184
Quaestio 4: Utrum omnibus sit necessaria fides explicita vel maioribus tantum .............................................. 187

Distinctio 26
Quaestio 1: Utrum spes sit virtus theologica ab aliis distincta ........................................................ 189
Quaestio 2: Utrum spes sit in beatis et in damnatis et illis, qui sunt in purgatorio .................................... 192
Quaestio 3: Utrum spes secundum quod passio sit in irascibili ............................................................ 193
Quaestio 4: De differentia spei ad alias passiones .............. 198

Distinctio 27
Quaestio 1: Utrum amor sit principalior inter passiones concupiscibilis ...................................... 200
Quaestio 2: Utrum caritas sit una virtus ............................ 205
Quaestio 3: Utrum modus dilectionis, qui implicatur in praecepto, possit in via impleri et hoc est quaerere utrum Deus ex toto corde et tota anima possit diligi in hac vita ............................ 207
Quaestio 4: Quae sint ex caritate diligenda et quae non ..... 209

Distinctio 27B
Quaestio unica: Utrum voluntas sit altior potentia quam intellectus ........................................................ 212

Distinctio 28
Quaestio 1: Utrum magis debeamus diligere secundum ordinem proximos quam extraneos .............. 219
Quaestio 2: Utrum maioris meriti sit diligere inimicos quam amicos ............................................................ 223
Quaestio 3: Utrum homo resurgat semper in maiori caritate .................................................... 226

Distinctio 29
Quaestio unica: Utrum idem ordo caritatis remaneat in via et in patria ................................................ 228

Distinctio 30
Quaestio 1: Utrum Deus aequaliter omnia diligat .............. 234

Quaestio 2: Utrum Deus plus amet poenitentem quam innocentem .......... 236
Quaestio 3: Utrum habitus scientiae accquisitae remaneant in anima separata .......... 236

Distinctio 31 et 32
Quaestio unica: Utrum virtutes morales infusae differant specie ab acquisitis .......... 238

Distinctio 33
Quaestio 1: Utrum virtutes insint nobis a natura .......... 241
Quaestio 2: De medio virtutum, in quo consistat et quae medium habeat, et quae non, et cuius medium in omnibus reperitur .......... 246
Quaestio 3: Utrum aliquae virtutes morales, ut fortitudo et temperantia, possint esse in appetitu sensitivo, ut in irascibili et concupiscibili .... 249

Distinctio 34
Quaestio 1: Utrum dona distinguantur a virtutibus .......... 255
Quaestio 2: De dono timoris qualiter distinguatur in diversas species .......... 259
Quaestio 3: Utrum fortitudo, secundum quod est donum, differat a fortitudine, secundum quod est virtus .......... 261

Distinctio 35
Quaestio 1: Utrum vita activa sit dignior quam vita contemplativa .......... 265
Quaestio 2: Utrum donum sapientiae differt a dono intellectus .......... 272
Quaestio 3: Utrum donum scientiae differt a dono consilii .......... 274
Quaestio 4: Utrum in scientia humanorum sit aliquid noxiae curiositatis .......... 276

Distinctio 36 et 37
Quaestio 1: Utrum vitia sint connexa .......... 277
Quaestio 2: Utrum modus caritatis cadat sub praecepto, ita scilicet quod homo ex caritate teneatur implere praecepta .......... 280
Quaestio 3: Utrum in praeceptis *Decalogi* possit esse dispensatio .......... 281

Quaestio 4: Utrum accipere usuras sit peccatum et iniustum ..... 284

Distinctio 38
Quaestio 1: Utrum omne mendacium sit peccatum mortale ..... 286
Quaestio 2: Utrum sit licitum iurare ..... 294

Distinctio 39
Quaestio 1: Utrum iuramentum coactum sit obligatorium ..... 295
Quaestio 2: Utrum omne periurium sit peccatum mortale ..... 298

Distinctio 40
Quaestio 1: Utrum lex vetus promitteret aeterna ..... 301
Quaestio 2: De differentia novae legis et veteris ..... 303

## LIBER IV

Distinctio 1
Quaestio 1: Utrum post lapsum primi hominis fuerit necessarium instituere aliqua sacramenta ..... 307
Quaestio 2: Utrum sacramenta novae legis sint causa gratiae ..... 310
Quaestio 3: Utrum circumcisio conferret gratiam ..... 318

Distinctio 2
Quaestio 1: Utrum sint septem sacramenta ..... 321
Quaestio 2: Utrum baptizati baptismo Ioannis iterum debeant baptizari ..... 324

Distinctio 3
Quaestio 1: Utrum in forma baptismi possit fieri mutatio ..... 327
Quaestio 2: Utrum in qualibet aqua simplici habeat fieri baptismus ..... 332
Quaestio 3: Utrum immersio sit de necessitate baptismi ..... 334
Quaestio 4: Utrum baptismus tollat omnem poenam non solum peccato actuali debitam, sed etiam originali ..... 335

Distinctio 4
Quaestio 1: Utrum in omnibus sacramentis novae legis imprimatur character ........ 338
Quaestio 2: Utrum pueri et amentes recipiant in baptismo gratiam et virtutes ........ 342
Distinctio 5
Quaestio 1: Utrum Christus inquantum homo habuit potestatem dimittendi peccata ........ 346
Quaestio 2: Utrum non ordinati et peccatores possint baptizare ........ 348
Distinctio 6
Quaestio 1: Utrum in baptizante requiratur quod habeat intentionem rectam ........ 350
Quaestio 2: Utrum sanctificati in utero debeant baptizari ........ 352
Distinctio 7
Quaestio 1: Utrum sacramentum confirmationis habeat materiam sanctificatam de necessitate sacramenti ........ 355
Quaestio 2: Utrum papa possit committere simplici sacerdoti quod confirmet ........ 359
Distinctio 8
Quaestio 1: Utrum sumptio cibi impediat sumptionem sacramenti eucharistiae ........ 361
Quaestio 2: Utrum formae consecrationis corporis et sanguinis Christi mutuo se exspectent ........ 364
Distinctio 9
Quaestio 1: Utrum accedens ad sacramentum contritus et non confessus peccet mortaliter ........ 369
Quaestionula 1: Utrum sacerdos debeat negare corpus Christi alicui petenti, quem scit in peccato mortali esse ........ 371
Quaestio 2: Utrum pueris sit dandum corpus Christi ........ 372
Quaestio 3: Utrum in sacramento altaris sit corpus Christi animatum secundum suam totam quantitatem, ut in loco, vel circumscriptive ........ 376
Distinctio 10
Quaestio 1: Utrum corpus Christi sit sub qualibet parte specierum ........ 379

Quaestio 2: Utrum aliquis oculus glorificatus possit videre ipsum verum corpus Christi exsistens sub specie panis ........ 381

Distinctio 11

Quaestio 1: Utrum panis facta conversione in sacramento annihiletur ........ 382

Quaestio 2: Utrum illa conversio sit instantanea vel successiva ........ 385

Quaestio 3: Utrum debeamus conficere in pane azymo ........ 387

Quaestio 4: Utrum sanguis Christi possit consecrari in vino sine aqua ........ 391

Distinctio 12

Quaestio 1: Utrum supposito quod species sacramentales sint ibi sine subiecto possint nutrire ........ 394

Quaestio 2: Utrum homo debeat frequentare illud sacramentum ........ 398

Distinctio 13

Quaestio 1: Utrum liceat sacerdoti omnino a consecratione corporis Christi abstinere ........ 401

Quaestio 2: Utrum haeretici sint ab Ecclesia tolerandi ........ 404

Distinctio 14

Quaestio 1: Utrum poenitentia sit virtus theologica ........ 407

Quaestio 2: Utrum poenitentia sollemnis possit iterari ........ 410

Quaestio 3: Utrum opera facta in caritate postea mortificata per peccatum per poenitentiam reviviscant ........ 413

Quaestio 4: Utrum opera satisfactoria in peccato mortali facta possint valere per caritatem sequentem ........ 415

Distinctio 15

Quaestio 1: Utrum semper sit restituendum laeso, quod est ablatum ........ 417

Quaestio 2: Qui sunt, qui possunt eleemosynam facere ........ 420

Quaestio 3: Utrum pauperes teneantur ad ieiunium ........ 423

Quaestio 4: Utrum intentio mentalis sit necessaria ad orationem vocalem ........ 425

Distinctio 16

Quaestio 1: Utrum peccatum veniale possit dimitti sine contritione ........ 427

Quaestio 2: Utrum vitium hypocrisis poenitentiam impediat ........ 430

Distinctio 17

Quaestio 1: Utrum iustificatio fiat in instanti ........ 433

Quaestio 2: Utrum homo teneatur conteri de omnibus peccatis suis mortalibus ........ 436

Quaestio 3: Utrum aliquis ex mandato superioris vel privilegio possit alteri quam proprio sacerdoti confiteri ........ 437

Quaestio 4: Utrum habita opportunitate statim teneatur homo confiteri omnia peccata sua ........ 441

Distinctio 18

Quaestio 1: Utrum potestas clavium extendat se ad poenae remissionem ........ 444

Quaestio 2: Utrum excommunicatio definiatur convenienter, cum dicitur sic: 'Excommunicatio est separatio a communione fidelium quoad fructum et suffragia communia ........ 446

Quaestio 3: Utrum quilibet sacerdos possit subditum suum ab excommunicatione absolvere ........ 447

Distinctio 19

Quaestio unica: Utrum publicam accusationem debeat praecedere inductio testium ........ 453

Distinctio 20

Quaestio 1: Utrum quilibet sacerdos possit quemlibet absolvere in fine vitae ........ 456

Quaestio 2: Utrum si sacerdos imponat maiorem poenitentiam poenitenti, quam debeat et requirat peccatum, utrum iste debeat eam facere ........ 458

Distinctio 21

Quaestio 1: Utrum ille, qui scit aliquid per confessionem et illud idem scit alio modo, utrum possit illud revelare ........ 460

Quaestio 2: Utrum poena purgatorii sit maior omni poena, quae in hac vita possit esse ........ 463

DISTINCTIO 22
Quaestio unica: Utrum peccata semel dimissa iterum redeant, quando committitur novum peccatum mortale ........ 466
DISTINCTIO 23
Quaeastio unica: Utrum sacramentum extremae unctionis debeat iterari ........ 469
DISTINCTIO 24
Quaestio 1: Utrum in ordinibus imprimatur character ........ 474
Quaestio 2: Utrum exsistens in peccato possit sine peccato ordine suscepto uti ........ 478
DISTINCTIO 25
Quaestio 1: Utrum vendere spirituale pro temporali vel emere sit vitium simoniae ........ 480
Quaestio 2: Utrum episcopi haeretici possint mulieres ordinare ........ 485
DISTINCTIO 26
Quaestio unica: Utrum carnalis copula sit de integritate matrimonii ........ 487
DISTINCTIO 27
Quaestio unica: Utrum sponsalia dirimi possint altero coniungum religionem intrante ........ 491
DISTINCTIO 28 et 29
Quaestio 1: Utrum consensus, qui facit matrimonium, sit consensus in carnalem copulam ........ 493
Quaestio 2: Utrum pater possit cogere filium vel filiam ad matrimonium contrahendum ........ 495
DISTINCTIO 30
Quaestio unica: Utrum matrimonium beatae Virginis aliquando consummatum fuerit ........ 497
DISTINCTIO 31
Quaestio unica: Utrum matrimonium habeat aliqua bona excusantia actum matrimonialem ........ 500

Distinctio 32
Quaestio unica: Utrum alter coniugum possit vovere continentiam altero coniuge nesciente .............. 502
Distinctio 33
Quaestio unica: Utrum cum uxore licuit aliquando habere concubinam sine peccato mortali ...................... 505
Distinctio 34
Quaestio unica: Utrum impotentia coeundi dirimat matrimonium .................................................. 509
Distinctio 35
Quaestio unica: Utrum post divortium vir et mulier possint adinvicem reconciliari ....................................... 513
Distinctio 36
Quaestio unica: Utrum servus possit matrimonium contrahere sine consensu domini sui ............................ 516
Distinctio 37
Quaestio unica: Utrum ille, qui ordinatus est in matrimonio, possit aliquo modo uxorem suam occidere .. 520
Distinctio 38
Quaestio unica: Utrum votum simplex dirimat matrimonium contractum sicut et contrahendum ........ 523
Distinctio 39
Quaestio unica: Utrum fidelis discedens ab infideli possit cum alia contrahere ............................................ 527
Distinctio 40
Quaestio unica: Utrum cosanguinitas impediat matrimonium ............................................................ 530
Distinctio 41
Quaestio unica: Utrum coniugium, quod est inter affines et consanguineos contractum, sit semper dirimendum ................................................ 534
Distinctio 42
Quaestio 1: Utrum spiritualis cognatio impediat matrimonium ................................................ 538
Quaestio 2: Utrum cognatio legalis, sive adoptio, habeat matrimonium impedire ..................................... 540

Distinctio 43
Quaestio 1: Utrum idem homo numero resurgat ................ 544
Quaestio 2: Utrum post resurrectionem quilibet possit legere omnia, quae sunt in conscientia alterius ............. 549

Distinctio 44
Quaestio 1: Utrum omnes resurgant in eadem statura ........ 551
Quaestio 2: Utrum corpora sint impassibilia et clara .......... 554
Quaestio 3: Utrum corpus gloriosum habeat esse cum corpore non glorioso ratione suae subtilitatis in eodem loco ........................................................... 556

Distinctio 45
Quaestio unica: Utrum suffragia facta pro aliquo specialiter plus valeant sibi quam aliis .......................... 562

Distinctio 46
Quaestio 1: Utrum Deus iustius agat cum uno quam cum alio ........................................................... 565
Quaestio 2: Utrum per divinam misericordiam mali semper puniantur citra condignum et boni praemientur ultra condignum ........................... 566

Distinctio 47
Quaestio 1: Utrum extremum iudicium fiat mentaliter vel vocaliter .............................................................. 568
Quaestio 2: Utrum ignis purgans mundum consumat quattuor elementa, ita quod non remaneant ................. 571

Distinctio 48
Quaestio 1: Utrum mundo innovato motus corporum caelestium debeat cessare ............................ 574
Quaestio 2: Utrum damnati recta ratione et deliberativa magis eligant non esse quam esse ................................ 576

Distinctio 49
Quaestio 1: Utrum beatitudo consistat in actu voluntatis vel intellectus ........................................................... 579
Quaestio 2: Utrum videntium Deum per essentiam unus alio perfectius videat ........................................... 584
Quaestio 3: Utrum convenienter assignentur tres dotes animae, scilicet visio, fruitio et comprehensio .............. 587
Quaestio 4: Utrum istae tres dotes in Christo fuerint ......... 589

Distinctio 50
Quaestio 1: Utrum anima separata intelligat singularia ...... 590
Quaestio 2: Utrum distantia localis impediat cognitionem animae separatae ...... 597
Quaestio 3: Utrum damnati demereantur ...... 598
Quaestio 4: Utrum boni videntes poenas reproborum de eis gaudeant ...... 601

Index biblicus ...... 603
Index personarum et operum anonymorum ...... 606
Index manuscriptorum ...... 609

## <DISTINCTIO 3>

### <Quaestio 1>

Circa distinctionem 3 quaeritur utrum Beata Virgo sit aliquid operata active ad conceptionem corporis Christi.

Videtur quod sic, quia omnes virtutes animae vegetabilis sunt activae, ut dicit Commentator super II *De anima*. Sed potentia generativa, tam in mare quam in femina, pertinet ad animam vegetativam. Ergo tam in mare quam in femina operatur active talis potentia ad generationem prolis.

Contra. Omne principium activum in generatione dicitur ratio seminalis. Sed Christus non fuit conceptus secundum aliquam rationem humanam. Ergo nihil humanum fuit ibi activum, sed tantum passivum et materiam ministrans.

Respondeo. Hic sunt tria per ordinem declaranda: primum erit dare modum, quo Beata Virgo potest dici operari ad conceptionem, secundo apparebit quod Christus sit conceptus de purissimis sanguinibus Beatae Virginis, tertio ex hoc concludetur qualiter ista generatio Christi sit naturalis, et qualiter non.

### <Articulus 1>

Propter primum sciendum quod quidam dixerunt Beatam Virginem aliquid fuisse operatam active ad conceptionem Christi dupliciter, scilicet virtute naturali et supernaturali. Naturali quidem virtute,

5–9 Thom. Aqu., *STh*, III, 32, 4, 2. 5–6 Aver., *In De an.*, III, comm. 33sqq. (p. 179, 14sqq.). 10–13 Thom. Aqu., *STh*, III, 32, 4, sc. 20–63 Cf. Thom. Aqu., *STh*, III, 32, 4, c.

3 quaeritur] *om.* EBoK 12 rationem] seminalem *add.* EG 14 per ordinem] *om.* BeBoEG erit] est BoBeEG

quia ponunt in materia principium activum operationis non potentes aliter salvare naturalem transmutationem. Illud autem principium activum in materia est imperfectum et perficitur per virtutem activam agentis.

Supernaturali autem virtute ponunt eam ibi aliquid operatam fuisse, quia ponunt quod non tantum requiritur in generatione ex parte matris quod materiam ministret, quae est sanguis menstruus, sed etiam ex parte sua requiritur semen mulieris activum, quod mixtum semini patris virtutem activam habet in generatione. Ista autem resolutio seminis in aliis mulieribus non sit sine libidine. Et ideo quia in Beata Virgine non fuit talis resolutio propter eius integram virginitatem, ideo dicunt quod Spiritus Sanctus dedit illi virtutem supernaturaliter activam in conceptione corporis Christi, quam aliae matres habent per semen taliter resolutum.

Sed isti deficiunt in utroque. Primo, quia dicunt in materia esse principium activum, ut salvetur transmutatio naturalis. Hoc non oportet, quia transmutatio naturalis non tantum salvatur per principium activum intrinsecum, sed etiam passivum. Unde et Philosophus dicit expresse VIII *Physicorum* quod in gravibus et levibus est principium passivum motus naturalis et non activum. Nec etiam est possibile quod aliquid moveat se ipsum, nisi dividatur in duas partes, quarum una sit movens et alia mota, ut probatur VIII *Physicorum*.

Nec etiam secundum, quod dicunt, potest stare, scilicet quod requiritur semen mulieris resolutum, quod commixtum semini viri habet virtutem activam. Illud non est verum, quia cum quaelibet res sit propter suam operationem, ut dicitur II *De caelo*, numquam natura distingueret sexum maris et feminae, nisi esset distincta operatio unius ab operatione alterius. In generatione autem distinguitur operatio agentis et patientis. Et ideo relinquitur quod tota virtus activa sit ex parte maris, passio autem sit tantum ex parte

40–42 Arist., *Phys.*, VIII, 4, 255b 30 – 256a 3 (AL 7, 1.2, p. 295, 19 – 260, 8). 42–45 Arist., *Phys.*, VIII, 4, 255a 9–18 (AL 7, 1.2, p. 293, 5–13). 47–48 Arist., *De caelo*, II, 3, 286a 8.

30 mulieris] *om.* BoKPi 32 mulieribus] cum *add.* PiW 38 hoc] *om.* EG 53 passio] et virtus passiva Bo passiva KPi

feminae. Unde et in plantis, in quibus utraque vis commiscetur, non est distinctio maris et feminae.

Quia igitur non accepit Beata Virgo, ut esset pater, sed tantum Pi 68va mater, consequens est quod non accepit potentiam activam supernaturaliter a Spiritu Sancto, per quam active ibi egerit, sed solum materiam ministravit. Ad cuius praeparationem, ut esset materia apta ad formationem membrorum, bene operata est active, sed tota organizatio, quae est in aliis ex semine viri, fuit hic a Spiritu Sancto et non ab aliqua virtute exsistente in Beata Virgine vel etiam supernaturaliter collata.

### <Articulus 2>

Ex his apparet breviter secundum, scilicet quod corpus Christi sit formatum ex sanguinibus purissimis Beatae Virginis, quia ex materia, quam Beata Virgo ministravit, Spiritus Sanctus corpus formavit. Sed ipsa talem materiam ministravit in natura, qualem aliae mulieres, quae ministrant sanguinem puriorem, cuius purgamentum est sanguis menstruus, quem emittunt per menses singulos, W 47rb quia cum habeat quamdam impuritatem corruptionis, sicut aliae superfluitates, ideo expellitur a natura, nec est materia conceptus, sed sanguis alius purior et qui purgatur per illum sanguinem G 55ra expulsum, est materia | apta ad formationem conceptus. Et ideo quia talis est purior etiam in Beata Virgine, talis sanguis adunatus fuit et congregatus ad locum debitum et congruum generationi virtute et operatione Spiritus Sancti. Ideo dicit Damascenus quod Christus fuit formatus ex purissimis sanguinibus Beatae Virginis.

### <Articulus 3>

Ex his duobus apparet tertium, scilicet qualiter fuerit ista generatio Christi naturalis et qualiter miraculosa. Si enim consideremus id,

65–78 Thom. Aqu., *STh*, III, 31, 5, ad 3. 77–78 Ioan. Dam., *De fide orth.*, III, 2, 2 (p. 172, 32–35). 80–88 Thom. Aqu., *STh*, III, 31, 4, c.

54 in quibus] ubi EPi 57 accepit] acceperit BeW 62 etiam] ei EG 75 etiam] et BeW *om.* Pi

quod est ex parte materiae conceptum, quod mater ministrat, sic totum est naturale. Si autem consideremus id, quod est ex parte virtutis activae, totum est miraculosum. Et quia unumquodque magis iudicatur secundum formam quam secundum materiam et magis secundum agens quam secundum patiens, inde est quod conceptio Christi debet magis dici miraculosa et supernaturalis, sed secundum aliquid naturalis, ut visum est.

Si autem quaeratur utrum huius conceptio fuerit in instanti, dicendum quod de conceptione corporis Christi est tria considerare: scilicet motum localem sanguinis ad locum generationis, secundo formationem corporis ex tali materia, in qua ratio conceptus consistit, tertio augmentum corporis, quo producitur ad debitam quantitatem. Primum est conceptionis praeambulum, tertium sequitur conceptionem, sed medium est id, in quo ratio conceptionis consistit.

Primum non potuit esse in instanti, quia hoc est contra rationem motus localis corporis cuiuscumque, cuius partes successive subintrant locum. Similiter tertium oportet esse successivum, tum quia augmentum non est sine motu locali, tum etiam quia procedit ex virtute animae operantis in corpore iam formato, quae non operatur nisi in tempore.

Sed ipsa formatio corporis, in qua principaliter ratio conceptionis consistit, fuit in instanti, quod patet duplici ratione. Primo propter virtutem agentis infinitam, scilicet Spiritus Sancti, per quem formatum est corpus, quia tanto agens aliquod citius potest materiam disponere, quanto est maioris virtutis. Et quia Spiritus Sanctus est infinitae virtutis, potest in instanti materiam ad debitam formam disponere.

Secundo hoc apparet ex parte Filii corpus assumentis, quia non decebat quod corpus humanum assumeret nisi formatum. Si autem ante formationem perfectam aliquod tempus praecessisset, non posset tota conceptio attribui Filio Dei, quae non attribuitur sibi nisi

89–115 Thom. Aqu., *STh*, III, 31, 1, c.

82 sic] *om.* EG   90 de] in BePi   93 debitam] determinatam EG   95 conceptionis] Christi *add.* EG   104 duplici ratione] dupliciter EG   106 aliquod] *om.* EG   112 tempus] conceptionis *add.* EG

ratione conceptionis. Et ideo in primo instanti, quo materia adunata pervenit ad locum generationis, fuit perfecte formatum corpus Christi et assumptum. Et per hoc dicitur Filius Dei conceptus, quod alias dici non posset.

Ad argumentum ergo principalis quaestionis dicendum quod bene verum est quod potentia generativa matris est aliqua virtus activa, tamen imperfecta respectu virtutis patris. Et ideo non est sufficiens ad formandum corpus organizatum, sed solum ad disponendum materiam, ut sit conveniens ad formationem per virtutem alterius, scilicet viri.

## <Quaestio 2>

Pi 68vb Secundo quaeritur | principaliter utrum Beata Virgo fuerit sanctificata in instanti suae conceptionis.

Videtur quod sic, quia non celebratur festum nisi de aliquo sancto. Sed festum conceptionis Beatae Virginis celebratur, ergo tunc fuit sanctificata.
Praeterea, plus gratiae collatum fuit Beatae Virgini quam alicui sanctorum. Sed quibusdam videtur esse concessum quod sanctificarentur ante animationem, sicut patet de Ieremia: “priusquam te formarem in utero”, etc. Ergo Beata Virgo merito ante animationem sanctificari debuit.

Contrarium apparet, quia virtus agentis prius pervenit ad ea, quae sunt sibi propinquiora, et per ea ad magis distantia. Sed in partibus hominis est talis ordo quod anima est Deo propinquior quam corpus. Ergo gratia sanctificationis venit ad corpus per animam, ergo ante infusionem animae non fuit Beata Virgo sanctificata.

118–123 Cf. Thom. Aqu., *STh*, III, 32, 4, ad 2. 127–129 Thom. Aqu., *STh*, III, 27, 1, sc. 130–134 Thom. Aqu., *STh*, III, 27, 2, 1. 132–133 *Ier.* 1, 5. 135–139 Thom. Aqu., *Sent.*, III, d. 3, q. 1, a. 1, qula 2, sc. 1, 17.

114 conceptionis] assumptionis BoEG 118 ergo … quaestionis] principale EGW 125 principaliter] *om.* BoPi 127 festum] aliquod *add.* EG 130 fuit] est BeW 133 in utero] *om.* EG novi te *add.* BoPi

Respondeo. Hic sunt tria per ordinem declaranda: primum est quod ante animationem non fuit sanctificata nec in ipsa conceptione, secundum quod nec in instanti infusionis animae, tertio tangetur opinio quorumdam contraria dictis.

## <Articulus 1>

Propter primum sciendum quod, sicut dicit Dionysius, "sanctitas est ab omni immunditia libera et perfecta et immaculata munditia". Unde cum sanctificari sit sanctum fieri, oportet quod sanctificatio importet emundationem ab omni immunditia spirituali, quae est macula culpae, quod sine gratia esse non potest; sicut nec tenebra fugatur nisi per lucem. Ergo sanctificatio tantum ad eos potest pervenire, qui sunt capaces gratiae. Sed sola anima rationalis est capax gratiae, ergo ante infusionem animae rationalis non potuit sanctificari. Sic patet primum.

## <Articulus 2>

Secundo etiam nec in ipso instanti infusionis animae sanctificata fuit, ut scilicet eam gratia conservaret ab originali peccato, ne inficeretur. Christus enim singulariter hoc habet in natura humana quod redemptione non eguit, quia caput nostrum est. Sed omnibus convenit redimi per ipsum. Hoc autem non fuisset, si aliqua anima | G 55rb
inventa esset, quae originali macula infecta non fuisset. Et ideo non potest dici quod Beata Virgo fuerit sanctificata in primo instanti infusionis animae. Fuit tamen sanctificata ante nativitatem ex utero, quia Ecclesia celebrat nativitatem Beatae Virginis.

Item, secundum Augustinum plus de gratia collatum est Beatae Virgini quam alicui sanctorum. Sed sanctificationem aliquorum

145–149 Thom. Aqu., *STh*, III, 27, 2, c. 145–146 Ps.-Dion., *De div. nom.*, 12, 2 (*Dionysiaca* 1, p. 529). 157–160 Thom. Aqu., *Sent.*, III, d. 3, q. 1, a. 1, qula 2, c., 27. 164–165 Aug., *De nat. et grat.*, 36, 42 (CSEL 60, p. 263, 23 – 264, 14); cit. Pet. Lom., *Sent.*, III, d. 3, 2 (2, p. 33, 18–28).

145 dicit] beatus *add.* BoKPi 158 redemptione] redemptore BeBoKW

legimus in utero, sicut de Ioanne et Ieremia. Ergo multo dignius ipsa in utero fuit emundata.

### <Articulus 3>

Modo sunt aliqui, qui dicunt quod in eodem instanti possunt esse aliqualiter culpa et gratia. Et qualiter hoc sit? Advertendum quod, cum contraria et privativa includant contradictionem, nullus ponit contraria et privativa simul inesse eidem simpliciter et prout includunt contradictionem. Sed ambo secundum quid vel unum simpliciter et aliud secundum quid bene possunt poni. Et sic secundum esse completum et simpliciter non ponunt simul esse culpam et gratiam, W 47va sed diminute | et secundum quid ponunt. Istud autem esse diminutum sic declarant et ex modo essendi et ex parte temporis. Primo sic. Aliquid enim potest inesse alicui dupliciter: vel simpliciter vel in transitu. Si insit ei simpliciter, sic pro illo instanti impossibile est ei inesse suum oppositum. Sed si insit ei in transitu, sic suum oppositum potest ei inesse. Sic enim oppositae formae possunt simul inesse, ut dicunt.

Secundo illud esse diminutum accipitur ex parte temporis mensurantis, quia, ut dicunt, instans dividitur in tria signa. In primo est gratia per modum transitus. In secundo expellit culpam, cum gratia est in eodem instanti. Et in tertio est in anima, a qua culpam expellit per modum habitus permanentis. Et sic dicunt quod in Beata Virgine culpa fuit expulsa per gratiam in primo instanti suae creationis et quod talis culpa non fuit in ea nisi in quodam transitu.

Pi 69ra Sed ista positio deficit in utroque, quod ponit. | Quod patet sic. Quod enim dicunt quod culpa et gratia possunt simul esse in transitu vel per esse in transitu et in fieri intelligunt aliquid successivum, cuius esse est in transitu et in fieri, cuius est motus. Et hoc modo

166 *Luc.* 1, 15. *Ier.* 1, 5. 169–190 Opinio cit. God. Fon., *Quodl. VIII*, 4 (p. 52–53). 191–214 Cf. God. Fon., *Quodl. VIII*, 4 (p. 53–55).

169 qui dicunt] dicentes BeG 175 ponunt] possunt EG culpam] culpa EG gratiam] gratia EG 176 ponunt] *om.* EG 178 enim] *om.* EG 192 transitu] aut per talem transitum *add.* BoKPi

non potest dici quod culpa originalis sit in transitu, quia ipsi ponunt eam esse tantum in instanti. Esse autem in tali transitu est esse in tempore. Aut intelligunt esse in transitu pro tanto, quia solum est in instanti. Sed hoc non potest esse propter duo: primo, quia impossibile est quod illud, quod est in actu, sit tantum in instanti, sed oportet quod sit in tempore vel coexsistat tempori; secundo, quia repugnantia oppositorum non magis respicit tempus quam instans, sed ita unum sicut alterum.

Primum patet quod omne, quod est in actu, oportet quod sit in aliqua parte temporis nostri vel coexsistat sibi et non in instanti tantum. Et de motu planum est. Etiam de permanentibus hoc apparet, quia quaecumque sunt permanentia – sive mensurentur *nunc* temporis nostri sive sibi coexsistant – non possunt esse et non esse in eodem *nunc* temporis nostri, quia tunc essent et non essent in eodem *nunc* mensurae suae, quod est impossibile. Ergo quodcumque permanens in alio *nunc* temporis nostri est, etiam in alio non est, sed inter quaecumque duo instantia temporis nostri est tempus medium. Ergo omne permanens exsistens in actu vel est in tempore, vel coexsistit tempori. Et sic impossibile est quod hoc modo sit aliquid in transitu, scilicet quia est in instanti tantum.

Secundum etiam patet, scilicet quod repugnantia oppositorum non minus respicit *nunc* quam tempus nec minus unum *nunc* quam mille, quia repugnantia oppositorum est ex eorum formali oppositione, non ex brevitate vel diuturnitate temporis. Ergo qua ratione non repugnat sibi, scilicet culpae, gratia in *nunc*, eadem ratione non repugnat ei in tempore. Unde si simul possent esse album et nigrum in *nunc*, possent esse in tempore, ergo non potest dici quod culpa possit esse in transitu cum gratia, quia in eodem instanti.

Illud etiam, quod dicunt de divisione instantis in tria signa, nihil est, quia ista divisio aut est secundum rationem aut secundum rem. Si secundum rationem, certe illa non sufficit ad hoc quod opposita sint simul in diversis instantibus talibus, quia hoc non tolleret, quin opposita secundum rem essent simul, quod est impossibile, quia quando dicitur quod opposita non sunt simul in eodem, intelligi-

223–239 Cf. God. Fon., *Quodl. VIII*, 4 (p. 55sqq.).

204 aliqua parte] aliquantulo BeW 213 coexsistit] coexsistat BeW

tur quod non sint in eodem indivisibili secundum rem. Si autem ista divisio signorum sit secundum rem, sequitur quod unum indivisibile realiter dividatur in diversa realiter vel quod instans aequivocetur per parva tempora. Item, qua ratione potuerant esse tria signa, eadem ratione potuerant esse mille. Item, eodem modo potuerant accipi in eodem indivisibili subiecto signa contraria, ita quod dicam quod est album et nigrum secundum idem indivisibili subiecto, sed tamen secundum diversa signa illius indivisibilis. Et sic etiam facile est scire omnia, quae in uno temporis signo fiunt et secundum unum signum subiecti erit album et secundum aliud signum temporis et aliud signum subiecti erit nigrum, quae omnia videntur inconvenientia.

Ad argumenta in oppositum. Ad primum dicendum quod celebra- G 55va tur huiusmodi | festum non ratione conceptionis quod tunc fuerit sanctificata, sed ratione sanctificationis, quae, ut creditur, post animationem cito sancta esse.
Ad secundum dicendum quod Ieremiam novit Dominus ante formationem non notitia sanctificationis exsistentis in Ieremia, sed notitia approbationis exsistentis in Deo ab aeterno, etc.

## <Quaestio 3>

Iuxta hoc quaeritur sine argumentis utrum per sanctificationem in utero sit consecuta immunitatem ab omni peccato originali et actuali et etiam confirmationem in bono istorum.

Respondeo. Hic declarabuntur tria: primum qualiter Beata Virgo fuerit mundata ab infectione fomitis, secundo qualiter per sanctifi- Pi 69rb cationem in utero fuerit consecuta immunitatem | ab omni peccato actuali, tertio ostendetur quod in conceptione Salvatoris fuit totaliter confirmata in bono.

229 sint] simul *add.* EG 232 per … tempora] pro parvo tempore W 235 idem] id quod est BeW 237 est] erit BePi quae] quia BePi 243 ut] *om.* EG 250 ab omni] a EG 251 etiam] *om.* EG bono istorum] *om.* BoEG 252 primum] primo BoKPi 254 fuerit] fuit BePi

## <Articulus 1>

Quantum ad primum sciendum quod qualiter fuerit mundata in utero a corruptione fomitis diversae sunt opiniones, quia quidam dicunt quod tunc fuit fomes totaliter sublatus. Alii dicunt quod fuit sublatus, inquantum inclinat ad malum, remansit tamen, prout facit difficultatem ad bonum. Alii dicunt quod fuit amotus, inquantum est corruptio personae, tamen remansit, inquantum pertinet ad corruptionem naturae. Alii dicunt quod in prima sanctificatione, scilicet in utero fuit ligatus, sed in secunda, scilicet conceptione Salvatoris, fuit totaliter sublatus.

Et ad evidentiam istorum omnium quae sit opinio verior est advertendum quod fomes nihil aliud est quam inordinata concupiscentia sensibilis appetitus habitualis tantum, quia appetitus actualis inordinatus est motus peccati. Dicitur autem concupiscentia sensualitatis esse deordinata, inquantum repugnat rationi, quod quidem fit, inquantum inclinat ad malum et difficultatem facit ad bonum. Unde ad rationem fomitis pertinet quod inclinat ad malum et quod faciat difficultatem ad bonum. Et ideo ponere quod remanserit, ut facit difficultatem ad bonum, et sublatus fuerit, prout inclinat ad malum, est | dicere opposita, quia per illud, per quod aliquid W 47vb
habet difficultatem ad unum oppositorum, inclinatur ad aliud. Sicut patet de lapide, qui per gravitatem habet difficultatem, ut ascendat sursum, per quam habet inclinari deorsum.

Similiter illa, quae dicit quod remansit, prout pertinet ad corruptionem naturae et non prout pertinet ad corruptionem personae, videtur includere contradictionem, quia secundum Augustinum libro *De nuptiis et concupiscentia* libido est, quae originale peccatum transmittit. Constat autem quod libido pertinet ad corruptionem personae, cum rationi totaliter non subdatur. Ergo impossibile est quod remaneat, ut est corruptio naturae, secundum quod per

258–304 Thom. Aqu., *STh*, III, 27, 3, c. 282–284 Aug., *De nupt. et concup.*, I, 24, 27 (CSEL 42, p. 239, 19 – 240, 10).

273–274 Unde … bonum] *om.* BoPi 274 quod] *om.* EG 283–284 est … libido] *hom.* BoPi

eam transmittitur originale, si totaliter tolleretur, ut est corruptio personae.

Restat igitur dicere quod dicatur quod vel fuit totaliter sublatus per primam sanctificationem in utero vel quod fuit ligatus. Si primo modo dicatur, quamvis videatur pertinere ad dignitatem virginitatis, tamen videtur fieri praeiudicium dignitati Christi, propter quod dicitur quod omnes egerunt liberari per eum a peccato originali. Si autem in Beata Virgine fuisset fomes totaliter sublatus, constat quod nihil de peccato originali in ea remansisset et sic liberatione non eguisset. Et ideo videtur melius esse dicendum quod in ipsa prima sanctificatione remansit fomes quoad essentiam, fuit tamen ligatus, ne vel in malum inclinaret vel difficultatem ad bonum faceret propter abundantiam gratiae et divinam providentiam sensualitatem Virginis ab omni deordinata concupiscentia prohibentem. Sed in conceptione Salvatoris, in qua primo debuit refulgere immunitas peccati, credendum est quod totaliter fuit sublatus propter maximam abundantiam gratiae, quam consecuta fuit ex sua prole benedicta. Et sic patet primum.

## <Articulus 2>

Ex hoc apparet secundum, quia sicut in prima sanctificatione fuit quaedam inchoatio emundationis remoto peccato originali quantum ad culpam et ligato fomite, ita etiam fuit quaedam inchoatio confirmationis, quia per gratiam sanctificantem et immunitatem a peccato deinceps consecuta est. Quae quidem immunitas a tribus causatur, scilicet ex ligatione fomitis, qui ad malum non incitabat, ex inclinatione gratiae, quae in bonum ordinabat, quamvis nondum esset per eam liberum arbitrium in fine ultimo stabilitum, et tertio, ex divina providentia, quae eam custodivit ab omni peccato, sicut etiam in primo statu hominem ab omni nocivo protexisset. Et sic patet secundum.

306–316 Thom. Aqu., *Sent.*, III, d. 3, q. 1, a. 2, qula 2, c., 56.

292 propter] hoc *add.* EG  293 egerunt] eguerunt BoEPi  297 prima] *om.* BeW  303 ex] a EG  307 quaedam] quasi KPi  309 quia … gratiam] per quam EG

## <Articulus 3>

Quantum ad tertium sciendum quod in secunda sanctificatione emundatio et confirmatio in bono quodammodo confirmata est secundum perfectionem viae, sed in assumptione eius gloriosa secundum perfectionem patriae. Quod sic patet. In prima enim sanctificatione ablata fuit inclinatio | fomitis, tamen eius essentia G 55vb remanente, sed in secunda fuit extinctus ipse fomes per essentiam, Pi 69va tamen remanentibus adhuc poenalitatibus ex peccato causatis, a quibus fuit plene liberata per gloriam assumptionis. Similiter ex parte altera, quia ad confirmationem in bono in prima sanctificatione fuit gratia sibi collata ad bonum efficaciter liberum arbitrium inclinans, quamvis non esset sufficiens ad tollendum flexibilitatem liberi arbitrii in malum, quam etiam homo in primo statu habuit. Sed in secunda sanctificatione gratia superaddita fuit, quae ita liberum arbitrium impleret, ut in contrarium flecti non posset, non quidem tollendo naturam liberi arbitrii, sed defectum, sicut materia caeli ex eo quod subsistit formae, quae ab ea omnem privationem excludit, non est in potentia ad corruptionem. Sed in tertia exaltatione eius per gratiam perfectam transeuntem in gloriam fini coniuncta est, ex quo perfecta immobilitas causatur.

319–337 Thom. Aqu., *Sent.*, III, d. 3, q. 1, a. 2, qula 3, c., 60–62.

319 Quantum] autem *add.* BeW 321 eius] est BoKPi 323 essentia] esse BoPi 330 liberi arbitrii] *om.* EG 334 subsistit] subsistat BeW 336 perfectam] *om.* EG

## <DISTINCTIO 4>

### <Quaestio 1>

Circa distinctionem 4 quaeritur utrum efficientia conceptionis alicui personae debeat appropriari.

Videtur quod non, quia operatio divina est sua essentia, quae nulli est appropriabilis, sed est conveniens tribus, ergo nec operatio conceptionis.
Praeterea, Damascenus dicit libro I quod in incarnatione "manifestantur simul bonitas et iustitia, sapientia et potentia". Sed potentia appropriatur Patri, sapientia Filio, bonitas Spiritui Sancto. Ergo non magis appropriatur ista conceptio uni personae quam alteri.

Contra. Omnis divina perfectio a Deo procedit secundum rationem alicuius attributi, sicut operatio creaturae procedit ab ea secundum suam formam. Sed quodlibet attributorum divinorum est alicui personae appropriabile. Ergo et quodlibet opus divinum alicui personae appropriari debet sicut causae efficienti, et sic opus incarnationis.

Respondeo. Hic sunt duo per ordinem declaranda: primum est quod efficacia incarnationis debet appropriari soli Spiritui Sancto, secundo ostendetur quod non propter hoc potest dici Spiritus Sanctus pater Filii.

5–11 Thom. Aqu., *Sent.*, III, d. 4, q. 1, a. 1, qula 1, arg. 1–2, 10. 8–9 Ioan. Dam., *De fide orth.*, III, 1 (p. 168, 31–32). 12–17 Thom. Aqu., *Sent.*, III, d. 4, q. 1, a. 1, qula 1, sc., 11.

6 tribus] personis *add.* BoPi 11 alteri] alii EG 20 ostendetur] declarabitur BoPi declaratur K

## <Articulus 1>

Circa primum sciendum quod, quamvis divina operatio sit communis tribus personis et in ea reluceant appropriata omnium personarum, unaquaeque tamen operatio divina illi personae potissime debet appropriari, secundum quod in ea magis manifestatur attributum illi personae appropriatum. Et quia bonitas, quae Spiritui Sancto appropriatur, maxime relucet in operatione incarnationis, ideo incarnationis efficientia maxime Spiritui Sancto appropriatur. Minor probatur. In hoc enim maxime ostenditur bonitas Dei in opere suo quod sine indigentia sui ea, quae sunt sibi propria, communicantur. Et quanto ea, quae communicantur, minus sunt creaturae debita et quanto Deo magis propria, tanto magis divina bonitas demonstratur, sicut sunt ea, quae gratis creaturae superadduntur. Et propter hoc gratiae Spiritui Sancto attribuuntur, cui bonitas appropriatur. Cum igitur illud sit maxime supra condicionem humanae naturae, ut in unitatem divinae personae assumatur, cum in hoc appareat maxime bonitas Dei, hoc opus praecipue Spiritui Sancto debet attribui et appropriari. Sic patet primum.

## <Articulus 2>

Quantum ad secundum sciendum quod non propter hoc debet dici pater Filii. Cum enim filiatio sit consequens generationem, quae est via ad esse, quod est proprie suppositi, illius solius potest aliquis dici filius, a quo recipit suum esse per generationem. Cum igitur in Christo non sit nisi unum esse simplex et absolutum, quod recipit Filius non a Spiritu Sancto, sed a solo Patre, non poterit dici Spiritus Sanctus pater eius, potest tamen dici verus filius naturalis Beatae Virginis, quia quidquid est de virtute generationis ex parte matris, W 48ra
totum invenitur in Beata Virgine, maxime | cum non oporteat | ex Pi 69vb

23–30 Cf. Thom. Aqu., *STh*, III, 32, 1, c. 30–39 Thom. Aqu., *Sent.*, III, d. 4, q. 1, a. 1, qula 1, c., 19.

26 quod] quam BoPi 41 Quantum] autem *add.* BeW dici] Spiritus Sanctus *add.* BoKPi 42 sit] relatio *add.* EG 48 generationis] quod est *add.* EG

parte matris aliquid esse actum respectu organizationis membrorum, ut superius fuit ostensum, potest etiam dici mater Dei.

Propter quod advertendum quod maternitas Virginis et humanitas Christi sic se consequuntur, ut qui circa unum erraverit, circa aliud etiam erret. Unde quia Nestorius errabat circa humanitatem Christi asserens aliam esse personam humanitatis et aliam deitatis in Christo, ideo oportebat dicere secundum eum quod Beata Virgo non erat mater Dei, sed illius hominis, quia secundum eum Deus et homo non unus est Christus, sed potius duo.

Quidam autem moderni timuerunt concedere Beatam Virginem esse matrem Dei, ne intelligatur mater patris et Spiritus Sancti et hi timent, ubi non est timendum, quia quamvis hoc nomen Deus sit commune tribus, potest tamen reddere locutionem veram pro una persona, sicut dicitur: 'Deus generat'; sicut ista est vera: 'Homo currit', solo Sorte currente. Et ideo sicut confitemur Iesum esse verum Deum, ita possumus confiteri Beatam Virginem esse veram matrem Dei.

Ad argumentum in oppositum dicendum. Ad primum quod non G 56ra est simile de | essentia et operatione divina, quia attributa personis appropriata praesupponunt rationem essentiae. Sed operationes divinae praesupponunt attributa secundum intellectum. Et ideo propter appropriationem attributorum non appropriatur essentia alicui personae. Sed operatio bene appropriatur, quia iudicium posterioris bene dependet ex priori et non econverso.

Ad secundum dicendum quod, quamvis illa quattuor manifestentur in incarnatione, tamen ibi potissime demonstratur bonitas, ut visum est.

51 Supra, d. 3, q. 1. 52–66 Thom. Aqu., *Sent.*, III, d. 4, q. 2, a. 2, c., 68–70. 67–73 Thom. Aqu., *Sent.*, III, d. 4, q. 1, a. 1, qula 1, ad 2 – ad 2, 20–21.

50 respectu] ex parte EG 53 consequuntur] connectuntur KPi 55 aliam] *om.* EG etiam BeW 67 primum] dico *add.* BoEPi 72–73 iudicium posterioris] videmus posterius BoKPi

## <Quaestio 2>

Iuxta hoc quaeritur utrum antiqui patres meruerint illam incarnationem.

Dicendum quod non, quod apparet ex tribus rationibus. Primo, quia meritum puri hominis non se extendit ad totam naturam, sicut supra dictum fuit. Sed incarnatio est medicamentum totius naturae, ergo nullo modo potest ab aliquo puro homine mereri.

Secunda ratio est, quia istud, quod est principium merendi, non potest cadere sub merito. Sed incarnatio est quodammodo principium omnium meritorum humanorum, quia omnia merita nostra efficaciam habent a Christo, per quem "gratia et veritas facta est". Ergo non potest mereri.

Tertia, quia meritum humanum non se extendit ultra condicionem humanam, quae in hoc consistit, ut quis mereatur aliquam deitatis et bonitatis participationem. Sed quod tota plenitudo divinitatis habitet in homine hoc excedit condicionem humanam et omne meritum humanum. Ergo nullo modo potest cadere sub merito, nisi large meritum dicatur omnis praeparatio ad aliquid habendum, quae praecesserit in genere humano.

## <Quaestio 3>

Iuxta hoc quaeritur utrum gratia sit illi homini naturalis.

Dicendum quod de gratia possumus loqui dupliciter: aut de gratia unionis aut de gratia habituali. Si loquamur de gratia unionis, sic est

80–95 Thom. Aqu., *Sent.*, III, d. 4, q. 3, a. 1, c., 83–85. 81–82 Thomas refert ad *Sent.*, III, d. 1, q. 1, a. 2, ad 9, 50. 87 *Ioan.* 1, 17. 98–105 Thom. Aqu., *Sent.*, III, d. 4, q. 3, a. 2, qula 1, c., 99–100.

80 Primo] *om.* BeW 95 praecesserit] praecessit BeW 97 quaeritur] sine argumentis *add.* Bo Pi

illa gratia Christo naturalis, quia ordinatur ad unionem in persona divina secundum quod iste homo dicitur naturalis Filius Dei.

Gratia etiam habitualis potest dici naturalis Christo dupliciter: uno modo, quia se habet ad modum proprietatum naturalium, quae subiectum suum inseparabiliter consequuntur; alio modo, quia ex altera naturarum suarum causatur, scilicet natura divina, non humana.

## <DISTINCTIO 5>

### <Quaestio 1>

Circa distinctionem 5 quaeritur utrum unio ista facta sit in natura.

Videtur quod sic, quia illud, quod ex pluribus naturis constat, videtur habere unam naturam mediam inter illas, sicut mixtum, quod componitur ex quattuor elementis. Sed Christus constat ex duabus naturis secundum Augustinum et fidem catholicam. Ergo videtur habere unam naturam ex duabus compositam. Et sic est facta unio in natura.
Praeterea, quando aliqua duo coniunguntur, quorum unum multum superat reliquum, hoc, quod superatur, transit in naturam superantis; sicut gutta vini, si in amphoram aquae proiciatur. | Sed natura Pi 70ra divina in infinitum superat humanam, ergo humana natura coniuncta divinae tota convertitur in divinam.

Contra. Per proprietates naturales in cognitionem naturae devenimus. Sed in Christo invenimus proprietates duarum naturarum, ut divinae et humanae. Ergo in Christo oportet ponere duas naturas distinctas. Et sic non est unio facta in natura.

Respondeo. Hic sunt tria declaranda: primum est quod unio nullo modo facta est in natura, secundo quod facta est in persona, et ex hoc apparebit tertio quod ista unio quantum ad aliquid est maxima unitatum.

4–9 Thom. Aqu., *Sent.*, III, d. 5, q. 1, a. 2, arg. 1, 38. 6–7 Aug., *Ench.*, 10, 35 (CCSL 46, p. 69, 48). 10–14 Thom. Aqu., *Sent.*, III, d. 5, q. 1, a. 2, arg. 5, 38. 15–18 Thom. Aqu., *Sent.*, III, d. 5, q. 1, a. 2, sc. 2, 40.

16 proprietates] naturales *add.* EG 20 secundo] secundum BeEG 22 unitatum] unionum EGK

## <Articulus 1>

Propter primum sciendum quod, licet nomen naturae multipliciter sumatur, tamen prout de ipsa nunc loquimur, natura significat essentiam et quidditatem rei, secundum quod Boethius dicit quod "natura est unamquamque rem informans specifica differentia". Et hoc modo impossibile est secundum fidem quod ista unio facta sit in natura, quod sic apparet. Tripliciter enim aliquid unum ex pluribus constituitur. Uno modo ex pluribus perfectis et integris permanentibus, sicut patet in his, quorum forma est compositio et ordo; sicut ex multis lapidibus adunatis per solam compositionem fit acervus vel ex pluribus lapidibus et lignis fit domus. Et hoc modo non potest fieri unum ex duabus naturis in Christo, quia in talibus non fit unum simpliciter, sed sunt unum secundum quid et plura in actu – et sic Christus esset plura simpliciter et unum secundum quid, quod falsum est. Item, forma talium non est natura, sed ars, sicut forma domus. Et sic non constitueretur una natura in Christo, quod tamen ipsi volunt.

Secundo modo fit aliquid unum ex pluribus perfectis, sed tamen ad invicem transmutatis, sicut ex elementis fit mixtum. Nec etiam isto modo potest fieri unum ex duabus naturis Christi. Primo quidem, quia cum natura divina sit omnino incorruptibilis et ingenerabilis, non potest in aliud converti nec in ipsam aliquid. Item, illud, quod est commixtum, nulli miscibilium est idem specie. Differt enim caro a quolibet elemento specie. Et sic Christus non esset eiusdem speciei cum Patre nec cum matre.

G 56rb Tertio modo fit aliquid unum ex pluribus non permutatis, sed | imperfectis, sicut ex anima et corpore fit homo et ex diversis membris fit unum corpus. Hoc autem non potest dici de duabus naturis Christi. Primo, quia utraque est perfecta, divina scilicet et humana. Item, divina natura et humana non possunt aliquid

24–59 Cf. Thom. Aqu., *STh*, III, 2, 1, c.

35 sunt] *om.* EG 47 nec cum] et EG 50 Hoc autem] Et hoc EG 51 scilicet] *om.* EG 52 aliquid] unum *add.* EG

constituere per modum partium quantitativarum, sicut membra constituunt | corpus, quia divina natura est incorporea; nec per W 48rb modum formae et materiae, quia natura divina non potest esse forma alicuius praesertim corporei. Item, sequeretur quod species resultans esset pluribus communicabilis. Et sic possent esse plures Christi. Et sic patet primum, scilicet quod non potest esse unio in natura.

### <Articulus 2>

Ex hoc sequitur quod, si est unitas in Christo, quod sit in persona. Et illud est rationabile, quia quod attribuitur Filio, et non Patri, certum est quod convenit ei, secundum quod a Patre distinguitur. Sed unio passive accepta convenit Filio et non Patri, ergo ei convenit secundum illud, in quo a Patre distinguitur. Hoc est tantum persona. Ergo oportet quod unio facta sit in persona. Et sic patet secundum.

### <Articulus 3>

Quantum ad tertium, utrum haec unio sit maxima unitatum. Sciendum quod unio importat coniunctionem aliquorum in aliquo uno. Potest ergo unio incarnationis dupliciter accipi: uno modo ex parte eorum, quae coniunguntur – et sic unio ista non est maxima, quia illa in infinitum distant et remanent naturae distinctae; alio modo potest considerari ista unio ex parte eius, in quo fit unio – et sic cum ista unio fiat in persona divina, quae est maxime una et simplicissima, ista unio est maxima praeter illam tamen, quae tenet artem, scilicet quae est trium personarum in una natura, cum qua sunt personae idem re, solum differentia ratione, quod non est hic quantum ad naturam humanam respectu divinae personae.

Si autem quaeratur utrum ista unio sit creatura, patet quod sic, quia ista unio nihil est | aliud quam relatio quaedam, quae conside- Pi 70rb

61–66 THOM. AQU., *Sent.*, III, d. 5, q. 1, a. 3, sc. 2, 54. 68–78 Cf. THOM. AQU., *Sent.*, III, d. 5, q. 1, a. 1, qula 1, c., 28. 79–86 THOM. AQU., *STh*, III, 2, 7, c.

56 praesertim] saltem EG 58 scilicet] *om.* EG 65 est] potest esse PiW 66 facta] perfecta BoPi 68 unitatum] unionum EG 75 praeter] per Pi post W

ratur inter naturam divinam et humanam, secundum quod conveniunt in una persona Filii Dei. Omnis autem relatio considerata inter Deum et creaturam realiter est in creatura, per cuius mutationem talis relatio innascitur, non autem est in Deo nisi secundum rationem. Et ideo cum ista unio sit reale exsistens in creatura, oportet quod sit creatura.

Ad argumenta in oppositum. Ad primum dicendum quod aliquid potest constare ex duabus naturis dupliciter: uno modo quod sic constet ex eis quod tamen non subsistat in illis salvatis, sed resultat tertia, sicut patet de mixto – et sic procedit argumentum nec sic constat Christus ex duabus naturis; alio modo constat aliquid ex pluribus naturis, ita quod subsistat in eis salvatis et tunc non oportet quod resultet tertia – et sic constat Christus ex duabus naturis.
Ad secundum patet quod procedit in illis, quae communicant in materia et agunt et patiuntur ad invicem, et ideo non est ad propositum.

## <Quaestio 2>

Iuxta hoc quaeritur sine argumentis utrum naturae divinae conveniat assumere naturam humanam.

Ad istam quaestionem plura sunt videnda. Cum enim assumptio dicat aliquid ex parte assumentis et aliquid ex parte assumpti, ideo primo videndum est qualiter naturae conveniat assumere, secundo quod natura humana assumitur, non persona, et ex hoc apparebit tertio quod anima, quia assumitur, non habet rationem personae.

87–93 Cf. Thom. Aqu., *Sent.*, III, d. 5, q. 1, a. 2, ad 1, 46. 94–96 Thom. Aqu., *Sent.*, III, d. 5, q. 1, a. 2, ad 5, 50.

82 persona] divina *add.* BeKW 89 eis] elementis BoKPi 92 subsistat] subsistit BeW 100 plura] duo EG 102 est] *om.* EG naturae] Christo BoKPi *om.* W 104 quia] quae BoKPi

### <Articulus 1>

Propter primum sciendum quod, sicut fuit dictum superius, per nomen assumptionis duo significantur, scilicet principium assumptionis et terminus eius. Esse autem principium assumptionis convenit naturae divinae secundum se ipsam, quia eius virtute assumptio facta est. Sed esse terminum assumptionis non convenit naturae divinae secundum se ipsam, sed ratione personae, in qua consideratur. Et ideo primo et propriissime persona dicitur assumere, secundario etiam potest dici natura assumere naturam ad personam Filii. Et secundum hunc modum potest dici natura divina incarnata non quod sit in carnem conversa, sed quia naturam carnis assumpsit. Et hoc modo dicit Damascenus: dicimus, inquit, naturam divinam incarnatam esse.

### <Articulus 2>

Quantum ad secundum sciendum quod aliquid dicitur assumi, eo quod ad se sumitur. Unde illud, quod assumitur, praeintelligitur assumptioni; sicut illud, quod movetur localiter, praeintelligitur ipsi motui. Persona autem non potest praeintelligi in humana natura ipsi assumptioni, ergo non fuit assumpta persona, sed natura, quae potuit praeintelligi. Probatio quod persona non potest praeintelligi assumptioni, quia si praeintelligeretur assumptioni, vel oporteret quod ipsa corrumperetur – et sic frustra esset assumpta, vel quod remaneret post unionem – et sic essent duae personae: una assumens et alia assumpta, quod est erroneum. Unde relinquitur quod nullo modo Filius Dei assumpsit personam, sed naturam humanam.

106–117 Thom. Aqu., *STh*, III, 3, 2, c. 106 Thom. Aqu. refert ad *STh*, III, 3, 1, c. 116–117 Ioan. Dam., *De fide orth.*, III, 6, 6 (p. 190, 76 – 191, 77). 119–129 Thom. Aqu., *STh*, III, 4, 2, c.

116 inquit] dicit ipse BeW *om.* Pi 125 assumptioni$_2$] assumptum BeW oporteret] oportet BeW 127 remaneret] remanet BeW

## <Articulus 3>

Quantum ad tertium patet quod secundum Aristotelem et omnes modernos ponentes animam esse formam corporis, ipsa non est persona, quia cum persona dicat aliquid perfectum et completum in genere, impossibile est quod id, quod est forma alicuis et habet rationem incompleti in natura, quod sit persona. Sed anima est huiusmodi, ideo etc. Tamen secundum Platonem et antiquos, qui ponebant animam | [G 56va] uniri corpori sicut nautam navi, non erat inconveniens animam esse personam, quia tota ratio personalitatis erat ex parte animae. Sed istud non potest stare, quia tunc corpus accidentaliter adveniret animae. Et sic ex anima et corpore non fieret unum per se, quod non est verum.

## <Quaestio 3>

Iuxta hoc quaeritur de differentia unionis et assumptionis.

Dicendum quod in quinque differt unio ab assumptione. Primo, quia assumptio est actio vel passio, sed unio est relatio tantum, quamvis unitio possit esse actio. Secunda differentia est, quia assumptio dicitur per comparationem ad terminum, a quo separatur vel accipitur, quod uniendum est, sed unio dicitur per comparationem ad effectum sive ad terminum coniunctionis, qui est esse unum. Et inde sumitur differentia tertia, quod uniens est unitum, quia unitum significatur, | [Pi 70va] secundum quod iam factum est unum, assumptum autem secundum quod iam est in via ad uniendum, et ideo assumens non est assumptum. Quarta differentia est, quia assumptio determinat illud, ad quod fit coniunctio, quia assumptio

131–141 Cf. Thom. Aqu., *Sent.*, III, d. 5, q. 3, a. 2, c., 109–110. 131–132 Arist., *De an.*, II, 2, 414a 12–13. 144–162 Thom. Aqu., *Sent.*, III, d. 5, q. 1, a. 1, qula 3, c., 30–34.

135 incompleti] incompletam BoPi sit] in *add.* BeW 146 quia] quod EG 149 sive ad] vel EG

The present two volumes represent the first complete edition of the *Thomasina*, the work widely regarded as being crucial in the birth and development of the Thomistic school in late medieval theology and philosophy. The text was written at the very beginning of the 14th century by William of Godin O.P. (†1336), an important figure in the Dominican Order. William was active as a theology professor at the University of Paris but made his mark outside academia also: the Master of the Sacred Palace and a cardinal, he took part in many important events, such as the beatification of Thomas Aquinas and the investigation relative to Peter John Olivi's orthodoxy. His most famous work is the *Tractatus de causa immediata ecclesiasticae potestatis*, an apology of the Pope's supremacy.

The *Thomasina* is a commentary on the *Sentences*, covering the entire panorama of issues thought to be relevant for the university course of systematic theology, and is based directly on Thomas Aquinas's works, particularly on his *Scriptum super Sententias* and *Summa theologiae*.

The *Thomasina* arose in a particular moment, namely, following a period of discussions and critiques by eminent authors of the last quarter of the 13th century, i.e., by Giles of Rome, Henry of Ghent and William de la Mare, of the positions originally espoused by Aquinas. The *Thomasina* began life, therefore, as an essay to define and re-establish the core of St. Thomas's theology after a wave of criticism formulated by the preceding generation of thinkers. In the Dominican milieu, the *Thomasina* functioned, until the end of the Middle Ages, as a handbook of theology that presented the right interpretation of the thought of the Order's intellectual master.

w drodze

Patronat medialny:

dominikanie.pl

w drodze miesięcznik

ISBN 978-83-7906-779-4

9 788379 067794